

Ein Abschnitt aus einer Rede Ciceros aus dem Bürgerkrieg nach Caesars Tod. Cicero bemüht sich, dem Senat die Leistungen des M. Lepidus gut darzustellen: Wie republikanisch er schon immer gesonnen gewesen sei und wie er mit Milde und Besonnenheit beigetragen habe zur Beendigung des Krieges.

1. Atque etiam M. Lepido pro eius egregiis in rem publicam meritis decernendos esse honores quam amplissimos censeo. 2. Semper ille populum Romanum esse liberum voluit maximumque signum illo die dedit voluntatis et iudicii sui, cum –Antonio diadema Caesari imponente– se avertit gemituque et maestitia declaravit, quantum haberet odium servitutis, quam liberum populum Romanum cuperet, quam illa, quae tulerat, magis temporum necessitate quam iudicio<sup>1</sup> tulisset. 3. Quanta vero moderatione is usus sit in illo tempore<sup>2</sup> civitatis, quod post mortem Caesaris consecutum est, quis nostrum oblivisci potest? 4.

Magna sunt haec, sed ad maiora properat oratio:

5. Quid enim –o di immortales !– admirabilius omnibus gentibus, quid optatius populo Romano accidere potuit, quam<sup>3</sup>, cum bellum civile maximum esset (cuius exitum omnes timeremus), id bellum sapientia et clementia potius exstingui quam rem armis et ferro in discrimen adduci. 6. Quodsi eadem ratio Caesaris fuisset in illo taetro miseroque bello, ut ommittam patrem, duos filios Cn. Pompeii<sup>4</sup> –summi et singularis viri– incolumes haberemus. 7. Utinam omnes M. Lepidus servare potuisset! Si potuisset, certe fecisset. Id declaravit in eo, quod potuit, cum Sex. Pompeium restituit civitati, maximum ornamentum rei publicae, clarissimum monumentum clementiae suae.

---

<sup>1</sup> *iudicium*, -i, n. – hier: „Entschluss“

<sup>2</sup> *tempus*, temporis, n. – hier: „Notzeit“

<sup>3</sup> *quam* hier mit Acl: „als dass...“

<sup>4</sup> *Pompeius*: im Bürgerkrieg schon gegen Caesar gefallen. Zwei seiner Söhne starben in den folgenden Bürgerkriegen.

Ein Abschnitt aus einer Rede Ciceros aus dem Bürgerkrieg nach Caesars Tod. Cicero bemüht sich, dem Senat gut darzustellen einige Leistungen des Oktavian (im Text: C. Caesar): Wie er das unbewaffnete und unvorbereitete Rom verteidigt habe gegen den maßlosen Antonius. Im zweiten Teil unseres Textes wird ein Vergleich angestellt mit zwei früheren römischen Staatsmännern: Pompeius kämpfte auf der Seite des Senats gegen Cäsar – allerdings mit breiter militärischer Unterstützung; Sulla beendete militärisch die Schreckensherrschaft des Marius, installierte aber seinerseits ein System, dem viele Bürger zum Opfer fielen durch Proskriptionen.

1. Venio ad C. Caesarem<sup>5</sup>, patres conscripti: Qui nisi fuisset, quis nostrum vivere potuisset?

2. Advolabat ad urbem a Brundisio homo impotentissimus ardens odio, animo hostili in omnes bonos cum exercitu: Antonius. 3. Quid huius audaciae et sceleri poterat opponi? 4.

Nondum ullos duces habebamus, non copias; nullum erat consilium publicum, nulla libertas; dandae cervices erant crudelitati nefariae; fugam quaerebamus omnes, quae ipsa exitum non

habebat. 5. Quis tum nobis, quis populo Romano obtulit hunc divinum adolescentem<sup>6</sup> – quis

deus? 6. Qui, cum omnia ad perniciem nostram pestifero illi civi paterent, subito –praeter spem omnium exortus– confecit exercitum, quem furori M. Antonii opponeret, priusquam quisquam hoc eum cogitare suspicaretur.

7. Magni honores habiti sunt Cn. Pompeio, cum esset adolescens – et quidem iure. 8.

Subvenit enim rei publicae, sed aetate multo robustior et militum ducem quaerentium studio paratior et in alio genere belli. 9. Non enim omnibus Sullae causa grata est. 10. Hoc declarat

multitudo proscriptorum, tot municipiorum maximae calamitates. 11. Caesar<sup>7</sup> autem –annis

multis minor– veteranos iam requiescere cupientes armavit. 12. Eam complexus est causam,

quae esset senatui, quae populo, quae cunctae Italiae, quae deis hominibusque gratissima.

---

<sup>5</sup> C. Caesar: gemeint ist nicht der Caesar des gallischen Krieges, sondern sein Adoptivsohn Oktavian (der spätere Kaiser Augustus).

<sup>6</sup> gemeint ist wieder Oktavian.

<sup>7</sup> gemeint ist wieder Oktavian.

Verres soll in einem Prozess (*iudicium*) zur Rechenschaft gezogen werden – darüber, wie er sein Amt missbraucht hat, als er Statthalter Roms war auf Sizilien. Bevor und damit es jedoch zur Anklage (*delatio*) kommen konnte, musste in einem Vorverfahren von den Richtern bestimmt werden, wer überhaupt Ankläger werden durfte, wer „den Namen (des Angeklagten) hinterlegen“ durfte (*nomen deferre*). Zwei Bewerber um die Anklage standen in Wettstreit (*contentio*). Cicero hatte sich um diese Aufgabe beworben, und ein gewisser Quintus Caecilius. Unser Text entstammt Ciceros Rede aus diesem Vorverfahren. (Die ganze Argumentation hat zuweilen nichts zu tun mit modernen Rechtsvorstellungen.) Unmittelbar vor unserem Abschnitt hatte er seine Gründe erläutert, sich mit diesem Fall (*causa*) zu befassen. Auch er war als Provinzbeamter früher auf Sizilien gewesen; man schätzte und mochte sich.

1. Nunc quoniam, quibus rebus adductus ad causam accesserim, demonstravi, dicendum necessario est de contentione nostra, ut in constituendo accusatore, quid sequi<sup>8</sup> possitis, habeatis. 2. Ego sic intellego, iudices, cum de pecuniis repetundis nomen cuiuspiam deferatur, si certamen inter aliquos sit, cui potissimum delatio detur, haec duo imprimis spectari oportere: et quem maxime velint actorem habere ei, quibus factae esse dicantur iniuriae, et quem minime velit is, qui eas iniurias fecisse arguatur. 3. In hac causa, iudices, tametsi utrumque esse arbitror perspicuum, tamen de utroque dicam, et de eo prius, quod apud vos plurimum debet valere, id est de voluptate<sup>9</sup> eorum, quibus iniuriae factae sunt; quorum causā iudicium de pecuniis repetundis est constitutum. 4. Siciliam provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum civitates vastavisse, domos exinanivisse, fana spoliavisse dicitur. 5. Adsunt, queruntur Siculi universi; ad meam fidem, quam habent spectatam iam et cognitam, confugiunt; auxilium sibi per me a vobis atque a populi Romani legibus petunt; me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causae totius esse voluerunt. (Cicero wendet sich um.)

6. Dicesne, Q. Caecili, me non Siculorum rogatu ad causam accedere?

---

<sup>8</sup> sequi – hier „befolgen“

<sup>9</sup> voluptas – hier: „Wunsch“

Cicero spricht als Konsul zu den Senatoren in einer Notlage des Staates. Sie sollten bei den nötigen Beschlüssen an das eigene Wohl denken – und sich nicht um ihn sorgen: Dass auch er jetzt persönlich gefährdet sei, gehöre zu seiner Stellung.

1. Video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos; video vos non solum de vestro ac rei publicae, verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. 2. Est mihi iucunda in malis et grata in dolore vestra erga me voluntas; sed eam -per deos immortales!- deponite atque, obliti<sup>10</sup> salutis meae, de vobis ac de vestris liberis cogitate!

3. Mihi si haec condicio consulatūs data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatūsque perferrem, feram non solum fortiter, verum etiam libenter, dum modo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariatur<sup>11</sup>.

4. Ego sum ille consul, patres conscripti, cui non forum -in quo omnis aequitas continetur-, non campus -consularibus auspiciis consecratus-, non curia -summum auxilium omnium gentium-, non domus -commune perfugium-, non lectus -ad quietem datus-, non denique haec sella curulis -sedes honoris-, umquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit. 5. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore in vestro timore sanavi. 6. Nunc si hunc exitum consulatūs mei dei immortales esse voluerunt, ut vos populumque Romanum ex caede miserrima eriperem, ea fortuna<sup>12</sup>, quae mihi uni proponetur, subeatur<sup>13</sup>!

---

<sup>10</sup> *oblitus*, -a, -um + Genitiv– hier: „vergessen um ...“

<sup>11</sup> *parere* – hier: „verschaffen“

<sup>12</sup> *fortuna* – hier: „Schicksal“

<sup>13</sup> *subire* – hier: „erdulden“

Cicero spricht zu den Senatoren. Es geht darum, wie in einem konkreten Fall Leute bestraft werden sollen, die versucht haben, die Verfassung, den Staat umzustürzen. Zwei Senatoren haben Vorschläge abgegeben: Todesstrafe bzw. lebenslängliche Festungshaft. Wenn Cicero diese im Folgenden bespricht, dann ist das anders als im modernen Rechtsstaat.

1. Video duas adhuc esse sententias: unam D. Silani, qui censet eos, qui rem publicam delere conati sunt, morte esse multandos, alteram C. Caesaris, qui mortis poenam removet, sed ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur.

2. Uterque et pro sua dignitate et pro rerum magnitudine in summa severitate versatur. 3. Alter eos, qui nos omnes vitā privare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere, punctum temporis<sup>14</sup> frui vitā et hoc communi spiritu non putat oportere. 4. Atque hoc genus poenae saepe in improbos cives in hac re publica esse usurpatum recordatur. 5. Alter intellegit mortem a deis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed esse aut necessitatem naturae aut laborum ac miseriarum quietem. 6. Itaque eam sapientes numquam inviti<sup>15</sup>, fortes saepe etiam libenter oppetiverunt. 7. Vincula vero, et ea sempiterna, certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt.

8. Decernantur tamen, si placent. 9. Ego enim suscipiam et, ut spero, reperiam, eos, qui non putent esse suae dignitatis<sup>16</sup> recusare id, quod salutis omnium causa statueritis. 10. Sancit Caesar, ne quis eorum, quos condemnat, poenam aut per senatum aut per populum levare possit; eripit etiam spem, quae sola homines in miseriis consolari solet.

---

<sup>14</sup> *punctum temporis* – hier: „nur noch einen Moment lang“

<sup>15</sup> *invitus, -a, -um* – hier: „widerstrebend“

<sup>16</sup> Form von *esse* + Genitiv - „ein Zeichen sein von ...“

Im Vorwort einer philosophischen Schrift setzt sich Cicero damit auseinander, dass einige Leute Anstoß nehmen an seiner philosophischen Schriftstellerei. Dabei geht es zunächst um den Vorwurf, Cicero sei ein reiner Übersetzer griechischer Inhalte – ohne jeden literarischen Anspruch. Außerdem begegnet er dem Einwand, was er behandle, sei bereits genug behandelt.

Quid? Si nos non interpretum fungimur munere, sed tuemur ea, quae dicta sunt ab eis<sup>1</sup>, quos probamus, sique eis<sup>1</sup> nostrum iudicium et nostrum scribendi ordinem adiungimus – quid habent<sup>2</sup>, cur Graeca anteponant iis, quae et splendide dicta sint neque sint conversa<sup>3</sup> de Graecis?

Nam si dicent<sup>2</sup> ab illis has res esse tractatas, non est, cur etiam ex Graecis solum tam multos legant, quam legendi sunt:

Quid enim est a Chrysippo<sup>4</sup> praetermissum in Stoicis?<sup>5</sup> Legimus tamen Diogenem<sup>4</sup>, Antipatrum<sup>4</sup>, Mnesarchum<sup>4</sup>, Panaetium<sup>4</sup>, multos alios imprimisque familiarem nostrum Posidonium<sup>4</sup>. Quid? Theophrastus<sup>4</sup> mediocriterne delectat, cum tractat locos ab Aristotele<sup>4</sup> ante tractatos? Quid? Epicurei<sup>5</sup> num desistunt ad arbitrium suum scribere de iisdem, de quibus et ab Epicuro<sup>4</sup> scriptum est et ab antiquis? Quodsi Graeci leguntur a Graecis iisdem de rebus alia ratione compositis, quid est, cur nostri a nostris non legantur?

Quamquam: Si plane sic verterem Platonem<sup>4</sup> aut Aristotelem, ut verterunt nostri poetae fabulas, male mererer de meis civibus, si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem. Sed id neque feci adhuc neque mihi tamen, ne faciam, interdictum esse puto. Locos quidem quosdam, si videbitur<sup>6</sup>, transferam – et maxime ab iis, quos modo nominavi.

1. gemeint sind die Verfasser der griechischen Vorbilder

2. gemeint sind Ciceros Kritiker

3. convertere: „Wort für Wort übersetzen“

4. Chrysippus, Diogenes, Antipater, Mnesarchus, Panaetius, Posidonius, Theophrastus, Aristoteles, Epicurus, Plato: allesamt griechische Philosophen

5. Stoici, Epicurei: die „Stoiker“ bzw. „Epikureer“: Anhänger verschiedener Philosophenschulen

6. videri: hier „gut scheinen“